

Probatio

abolus cum vidisset eum sic seductum a hereditate celesti priuatum volebat filium. i. totum genus humanum excludere. Sed homo si cautus fuerit debz ad regem celestem accedere vt patriarche et prophete fecerunt. qui clamauerunt ad deum pro remedio. **D**omine deus emanuel rex et legislator noster. expectatio gentium et saluator eorum veni ad saluandum nos domine deus noster Sed dyabolus producit secuz tres testes scilicet superbiam vite. concupiscentiam carnis. et concupiscentiam oculorum. Contra quos oportet procedere prudenter.

Primum testem debemus examinare si sciat pater noster qui et sine orationem dominicam. hoc est si aliquid fecerat propter quod peccatum superbie contra euz testimoniu prohibeat humiliet se in omnibus verbo et opere ita vere sicut est oratio dominica et rex celestis placabit exemplo xpi: qui erat pater orbis et dicens vsqz ad mortem. Si vero homo timeat secundum testem. i. concupiscentiam oculorum. i. mundum in quo tunc delectatur pure sitet. vt fecit secundus et piculum poterit euadere. Si vero homo timeat tertium testem. i. concupiscentiam carnis deo satisfaciatur carnalis macerationem. id est per veram satisfactionem vt fecit tertius testis qui omnia recognouit. Unde ipse cum duobus sociis suis in pabulo suspenditur. De quo loquitur apostolus. Suspendium elegerit anima mea. id est suspendium penitentie. Et si sic fecerimus vitam eternam optinebimus. Ad quam. etc.

De amicitie vere probatione.

Capitulum centesimum vicesimum nonum.

Rex quidam habuit unicum filium quem multum dilexit. Qui filius a patre licentiam accepit vt mundum visitaret et amicos sibi acquiret: qui per

amicicie

septem annos vagabatur in mundo. et post hec ad patrem redijt. Pater gaudenter eum recepit et ab eo quesituit quot amicos acquisiuisset. At filius dicit. Primum amicum plusquam me ipsum diligo. Secundum tantum sicut me ipsum. Et tertium parum aut nihil. Cui pater. Num est eos probare et temptare antequam indigeas de eis. Porcum occide et in sacco pone et in domum amici quem plus diligis quam te perge de nocte et ei dic quod a casu domine occidisti et si inuentus fuerit corpus ego morte turpissima ero contentus. Rogo modo te sicut te semper plusquam me ipsum dilexi succurre mihi in hac maxima necessitate. Quod factum est. At ille respondit. Sicut eum occidisti si necesse est vt penitentia subiaceas. si corpus esset inuentum forte in pabulo eius suspensus. Verumtamen quia amicus meus fuisti: deo tecum pergam ad pabulum. et postquam mortuus fueris tres vel quatuor vna panem tibi dabo ad corpus tuum inuoluendum. Ille hoc audiens ad secundum amicum accessit et illum vt primum probauit. Ille sicut primus tenuit. Dic. Credis me fatum quod in tali periculo me ponere vellem. Verumtamen quia amicus meus fuisti: deo ad pabulum tecum pergam et in via te consolabor quam potero. Ille ad tertium amicum accessit et eum probauit dicens. Uerecundus tibi loqui. quia nunquam pro te aliquid feci et a casu domine interfeci etc. At ille libenter hoc faciam et mihi culpam imponam. et pabulum si necesse fuerit pro te ascendam. Hunc expertum est meliorem amicum suum fuisse.

Moralizatio.

Carissimi.

Rex iste est deus omnipotens filius unicus est quilibet boni christianus: qui per